In Aº 1542 d. 31. Xbris. 

167

# Joachimo Marchioni.

Illme Princeps etc: Non est clam Illmam Dominum Serenissimum Sigismundum Augustum Filium nrum charissimum iã inde ab annis aliquot cum Serenissima Virgine elizabetha Sermmi Domini Ferdinandi Romanorum Regis filia matrimonium contraxisse. Nuptiæ vero certis de causis, et his quidem gravibus prorogatæ fuerunt, nunc præstitutus est illis dies Pridie nonas mai, quæ ut fierent, deliberatum prorsus habemus. Quare Ill. Vrãm petimus pro ea affinitate, quæ illi nobiscum intercedit, ut ad nuptiarum diem in hanc civitatem nostram Crac: una cum Illmã Conjuge sua venire, et eas sua et conjugis Suæ Illmæ prñtia honestare non graventur. Rem nobis valde gratã factura, et mutuis nostris officiis gratam factura, et mutuis nostris officiis compensandam

Datt Craco: Ultima Decembris 1542.